UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

Liberum arbitrium per linguam repræsentari. Colloquium LII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50753

Visual Library

quæ in hac corporis parte voluntati pulcherrimè reſpondent, niſi omninò ſufficere iſthæc arbitrarer, vt manifeſtè imago voluntatis in ore depicta eſſe videatur.

Liberum arbitrium per linguam repræſentari.

COLLOQVIVM LII.

VIDEAMVS nunc alteram voluntatis qualitatem, quam nos liberum arbitrium appellamus, & natura in lingua, parte oris, & membro corporis omnium liberrimo, maximè lubrico, & præ cunctis ſui iuris ac poteſtatis, accuratiſſimè eſſe voluit delineatam. Hæc enim prominet, hæc retrahitur, eleuatur, deprimitur, adeoque nullus angulus, nullumq; latus palati eſt, quod illa non tranſeat, non lambat atque attingat. Brachia quæ liberrima ſunt & nos ante ita deſcripſimus, ligari poſſunt, vinciri poſſunt: verùm priuſquam linguæ libertatem inuadas ac expugnes, duo muri occupandi ſunt, labia vi-

THEO.

Nihil in homine lingua liberius.

videlicet ac dentes: brachia frigus, calor, laſſitudo, infirmitas, paralyſis eneruare poſſunt, linguam non poſſunt. Vnde licet corpus in anguſtiſſimā capsā aut culeū inſueretur, & vniuerſa mēbra cōglutinarentur, lingua tamē liberrima in domicilio ſuo geſtiret, volueretur ac exultaret, q̄ viuam imaginem excellentiſſimi illius liberi arbitrij præ ſe fert; quod in medijs carceribus, inter vincula, inter compedes, flammas, ferrum, fidiculas, & innumera tormenta, liberum arbitrium permanet, nulla vi expugnatur, violentia frangitur, metu à terrore peſſum datur. Et idcirco ſimilitudinem illius lingua conſecuta eſt, qui pertinaciſſimè illud imitatur, & eius libertatem accuratiſſimè repræſentat.

In lingua virtutem vitiumq; repræſentari.

COLLOQVIVM LIII.

THEOL. ACCEDAMVS porrò iam illud, quod in eadem parte reperitur, imaginem videlicet